

Salus p. 2
et l. 2. v. 2.

Suburra

quod. lam. 2. q. 2.

N. 167)

multorum fidelium hominum usibz seruiatis, promae sollicitè providendū ne vos à scopo vestro dimo-
uerj patiamini. nihil est perniciosius in tota ratione studiorum neq; ulli scōpulo ē magis infamis nau-
fragijs eorum imprimis adolescentum quos videt Spiritus veterator non luxu, non libidine, non alijs
vulgaribz armis expugnari posse. Quam multos adolescentes summo nixu hic annis triginta Ecclesie
præparauj? Imo Dominus non ego, & quidem quoad fuerunt paruuli tamq; apud nutricem vs
processu bene. videbantur intelligere quantum boni esset mortalibz positum in propagatione Euā-
gelij, nempe quod DEI Filius vitam et immortalitatem regionibz inducit per Euangelium. Cū
atroces hostes paruo gregi incubant, quam Ecclesiam appellam; intelligebant hoc quoq;. Et iam
nunc tantum erat in eis studium, zelus, ardor ad succurrendum, ut non dubitarem statuere citō
futurum, ut animas suas profundere, quam ab assertionē veritatis, hoc est, à subleuandis Ecclē-
siae laboribz sese unum unguem dimoueri paterentur. Sed heu miseria; postquam liberis viuendi po-
testas data est, Totaq; impune Suburra permisit sparsisse oculos iam candidz umbo, ut est apud
Persum. Postquam cepit Mundi splendor animis eorum illucescere, vilescunt continuo apud eos Ec-
clesiae studia, sectantur rubras maiorum leges, discunt pecunia aucupia, venantur beneficia Ecclesi-
astica, & sapiunt sua quidem sententia si florere domj & publici quam diu noctesq; cruciari ma-
lunt, si discipulis intentj illustrionibz, honestum locum sortiri malunt. in Aulis, in Curia, in Republica
quam semper ridiculi esse, semper contemptum, probra & plagas pati in Ecclesia. Quorsum hæc? An-
cam, cum tota fere Europa tam matura sit ad Messē, neque ulla parte grauius laborent coetj
anxie quærentium DEVM, quam penuria fidelium ministrorum, tum in Schola tum in Ecclesia.
vehementer optarim si fieri posset, omnes adolescentes in quibz sunt præclara ingenia post artū
ac linguarum mediocrem perceptionem toto pectore incumbere in doctrinam de DEO, ut nūc qdō
incredibilis quadā violentia caelum effringitur, vestra etiam ætas iuuentutis certatim & gladiatorio
(ut ita dicam) animo auctor errores gladio spirituali iugulet. cultusq; sacrilegos, et quidquid Jesu
Christi Seruatoris nostrj regno aduersum est, celestis sapientiae professione differat, dissipet, disperdat.
Sed hæc alias fortasse nunc enim punctum temporis agi quidem: sed tamen auide, necessarijs
negotijs detrahj, ut vobis carissimis adolescentibz quantūcūq; possem operam darem. Saluat vos
mea communx, Bartholomæus, Illermur Vossig, & Iperius. Salutate Abrahamum & Mercatorem,
quos scio Ecclesiae seruitio deuotos esse. Salutate & Renckelium optimæ parentis filiū. Valete in Do-
mino et ut illo tali Træceptore dignum est, ita mores, studiaq; et vitam vestram instituere. Valete.
3. Idj Nouembr. Duisburgj. 1566.

Om̃i cūs lōs vēs lōr

Pax Christi.

Johannes Mosang.

P. vort. Joh. E. Wirg. 10.

Pro tam cradita epistola eximie Doctor tibi magnas gratias ago. Quod uxorem charam et dulces
liberos domi habeas laudo. Quod meam accusas ignauiam quā parū inuēmoditatis causa sic fuge-
rim semel, ut rurū pugnare non audeam: habeo quod modestè pro me respondeam. Non me impulērūt
incommoditates ut fugerem, ac ne fugj quidem. sed quā propter pestilentiae contagium scholasticj
congressj volente Magistratu essent intermissj & mij contubemales reuēcti à suis me domj solū reliq;-
sent. Ego longe alias necessitates sequutj, quæ neq; tibi ipsi sunt incognitæ, arripuj occasione et im-

[= Mox. a. 12. N. 89]

petrato commatu ad coniugem et Soceros hybernatum concessi. scilicet ante annos triginta summus ille Impe- 85. 100
rator liberum me reddidit à iure et metu mortis. Est igitur Elenchus non causæ ut causæ cum inbellem homi-
culum timiditatis insinuas, in fuga pestis cui sic ipse iam pridem conscius grauiorum magisq; urgentium
causarum. Itaq; facessat intempestiua illa disputatio de hoste domestico quem suffitu censes et calcinationib9
posse suffocari. Cui9 gratia si affuisset tum cum ille puerum nostrum adort9 est, nunquam unum mouis-
sem ab adib9 pedem. Eum animum paulo ante in alijs pueris declaraueram, in quib9 essi minus mali fuit
non tamen ming periculi messe videbatur. Gratias autem ago quam possum maximas clementia Dei pa-
tris nostr9 tum quod absente reliqua puerorum turba, unum illum percussit, tum quod vicinis quibusdam
et amicis hanc audaciam indiderit, ut pro me meam domum ingressi hoc agerent ne desertus puer & si-
ne consolatione moreretur, sed de meo metu & fuga haftenus. nunc illud videam9 quale sit quod mihi per-
fidiam desertæ vocationis obiter aspersit ff. Ante triennium me vocauit Bremensis Senatus ad schola pror-
9 disiecta instaurationem, promissa mihi doctrina & religionis libertate, quem sciebat saxonicis superstitioni-
b9 non satis æquum ē. Vbi veni edixi ut prater elegantiam litterarum adhiberem etiam eam seueritatem, q̃
bene moratus Scholæ decet, atq; id ipsum ut facili9 fieret. Scholarcha solenniter Scholam ingress9,
tot9 Senatus nomine mandauit tum magistris & cantonib9 tum adulescentib9 uniuersis, me ut toti Scho-
la prapositum rectorem agnoscerent, mihi honorem & obedientiam præstarent, meis legib9 & institutis nō
iniuri9 subijcerentur. Hic est (ut conceder) termin9 atq; saluo substantia mea vocationis, quæ quoad ste-
lit incolumis ego per gratiam Dei ea fide & tolerantia Scholam rexi, ut æquis honoræ iudicis (nisi fal-
lor) fecerim satis. At postquam ea (substantia scilicet) commissa est ab illis ipse qui me vocarant. Ex-
torta mihi Cathedra purioris doctrina, et obiectis in opere implacatis hominibus, qui meos conatus violenter
infringerent, per quos non liceret (non si distrumperet) integrè & cum aliquo opere prægio mea vocatione
desungi, atq; hæc, quod nec ipse dissimulat, in eum finem facta sũt, ut fract9 tadio expeterem ultio
missionem: an sine causa me putas attonitum subsistisse? dam caueo ne mei quass9 gratia, ultra quam volui
vocantes, argere videar velle vocationem? præsertim quum non sit maulita mihi Scholarcha & Conf.
seuerissima sententia R. senatum posthac nec posse, nec velle Swarmicum illum perper9, in ulla fuc-
tione, et ego me non iniuri9 confitear, cum talib9 Swarmicis, quales Franciscus, Cornelius & Johannes fue-
runt, æterna necessitudine consociatum esse. Virne ut scribam quod sentio. Tu cum cunctantem amicū
ignauia et perfidia notis sugillas, non ming et iniquus, meo iudicio: quam ille olim Propheta qui iu-
mentum suum fustib9 tutudat, quod obiecta in itinere frumca territum restitisset. Et quidem eo magis
quod ille quid obstarat asina, non intellexerat: tu nostrarum Tragediarum testis oculat9 pro tua erga
me beneuolentia non semel mihi auctor fuisti, ut aut tuerer ius muneris delegat9, aut desinerem rector
esse. Sed tibi ut arbitror perspecta est mea incredibili9 patientia, quæ facit ut hanc tuam in monē-
do libertatem quam scio ex animo beneuolo profectam æqui boniq; consulam, possulant ut eadem æquitate
excipiat istam defensionem. Trinde ut iam scias meam sententiam adhibitis in consilium Socero et
quos hic habeo amicis cum Deo sic prorsus constitui. Quoniam excessit iam tempus lectionib9 vulgan-
dis, neq; ita est abolita isthic contagio ut spes sit peregrinos adulescentes ante nouum ver posse reuocari.
tum autem his ipse quicunq; hac hyeme poterunt colligi abunde sufficiant Corrector & reliqui Magis-
tri: rogandos mihi sua intercessione D. D. Scholarchas, et exorsandos, ut ad commatum quem dede-
rant discordanti9, adijciant hos menses duos aut tres, dum pelago desecuit hyems & aquosus Orion. Interea
ex te cognoscam, qua libertate, quauis seruitute isthic esse possim? Remouebit enim Senatus eā quæ meis
conatib9 obiecerat, si me Schola sua rectorem cupit, & mihi concedet delectum pauciorum collegarum, qui pa-
ri mecum animo faciant quæ Deo & hominib9 grata sunt, tum in Schola tum in Ecclesia. Sin aliter
ille erga me affect9 est, neq; mihi decreuit liberam ab omni iugo superstitionis functionem promittere: cū
bona gratia remittat mihi montium, & me missam faciet, potiq; quam reuocatum cum mala fama, et maiore
cum dispendio excludat. Ego ad utrunq; sum indifferens, utrumcunq; rescripteris, placebit. Esi enim me

exorandis.

